

59

GABRIEL & IOANNES JUNOSZA A PODOSIE PODOSKI Dei & Apostolicae Sedis Gratia Archi-Episcopus Gnesnensis Legatus Natus Regni Poloniae & M. D. Litt^{ae} Primas Primasq; Princeps ~

Dilecto nobis in Christo Illustri & Magnifico Ioanni Maczynski Castellano Sivadiensi salutem in Domino. Consolationi Spirituali D. V^{re} quantum cum Domino possumus consulere cupientes, ut liceat Presbyteris tam Sacularibus quam de licentia suorum superiorum Regularibus non tamen quomodo-libet ab exercitio suorum Ordinum & Ministerio Altaris prohibitis in Capella Privata Palatii Villa Piekarz Skęczniowiensis Parochiae decenter ad hoc extructa, & ab usibus profanis, & domesticis perpetuo libera per ~~illam~~ Decanum loci benedicenda, quatenus adhuc benedicta non fuerit, loco ejusdem Capellae Aqua benedicta asperso, benedq; proviso ne ibi aliquod evidens suboriatur periculum Cereis Candelis accensis, alijsq; juxta Ritus S^{ae} Romanae Ecclesiae Ceremonijs adhibitis, posito Altari Portatili debite consecrato & adornato, unum duntaxat, uno quoq; die (non obstantibus quibusvis quorundam Regularium praesentis Privilegij:) Missae Sacrificium: idq; Festis Nativitatis Domini Circumcisionis, Epiphaniae, Resurrectionis, Ascensionis Domini Pentecostes, Corporis Christi, Omnib; Festis Solemnioribus B^{ae} V. M^{ae} & S. S. Apostolorum tu Festo S. S. omnium, Dominica Palmarum, Die Canae Domini, Sabbatho Sancto, & Festis Dedicationis & Tituli Parochialis Ecclesiae exceptis:) in praesentia D. V. Charissima Proles atq; Familiae Aulicae ad servitia omnino necessariae, sine minimo Parochialis Ecclesiae praesudicio celebrare Authoritate Nostra Ordinaria & Delegata Apostolica, plenam damq; & Concedim; facultate. Volumus autem ut subditi eandem Villam inhabitantes, Familiaves & alij ad servitia non necessarij minime liberi per hoc praesens Indultum Nostrum ab obligatione praeccepti Ecclesiae censeantur. Sed diebus Dominicis & Festis Ecclesiam Parochialem ad audienda Divina omnino adire teneantur. Presentibus Literis Nostris hinc ad decursum trium Annorum Valituris In quorum fidem &c. Dat. Varavia in Palatio Nostris, die veneris 17^{mo} Mensis Junij Anno Domini. MDCCLXVIII.

Gabriel Ioannes Archiepiscopus & Primas
Prorogat na drugie Triennium, Podoski Archiepiscopus & Primas

Jacobus Pibinskiy Natus Apostolicus Can. Curial. Reg. Arch.
Officij Curiae Sive Cathedralis Primatialis Regem.

№ 1768. 8. 17. 5. 17.



RKP 1227/34